



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

De sanctæ crucis veneratione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

res personans, & pia dogmata & præcepta  
re musicis planè modulis accinens. Factum  
vigesimo septimo mensis Ianuarij die.

## DE SANCTÆ CRUCIS VENERATIONE.

**I**N quo honore atq; obseruatione signum crucis  
Saluatoris nostri olim fuerit habitum, vel et  
unico titulo Codicis Iustinianei, si cetera omnia  
cerem, discere possumus: cuius tenor sic habet.

Vide memo-  
rabilem histo-  
riam ad hunc  
tit. spectatam  
apud Paulū  
Diaconum.

Nemini licere signum Saluatoris Christi  
humi vel in filice, vel in marmore aut in  
pere aut pingere.

Tanta pietas erat illorum optimorum Cæsarum  
Theodosij & Valentiniiani, ut pro piaculo habentem  
sanctæ crucis figurâ humi insculpi, vel fabricari  
tam inestimabilis rei signum pedibus hominum  
bulantium calcaretur: ideo hunc morem temporum  
suis sustulerunt, ne videretur talis imago  
tractari, licet Christianorum aliqui eiuscemodi  
numenta deuotionis ratione humi constituerent,  
ius rei vsus vel abusus succedenti æuo rursus  
luit, quem etiam nunc hodie durare videmus.

THEODOS. ET VALENT. IN L. VII. C.  
nemini licere sign. salu. Chr. hu. vel in fil. vel  
in marm. insculp.

**C**um sit nobis cura diligens per omnia  
perni numinis religionem tueri: signum  
Saluatoris CHRISTI nemini liceat, ut  
in solò, vel in filice, vel in marmoribus humi  
posis

scitis insculpere vel pingere: sed quodcun- que reperitur tolli, grauiissima poena multan- do eo, qui contrarium statutis nostris tentaue- rit, specialiter imperamus.

HONORIVS ET THEODOS. A.A. IN L. Iudæos. C. de Iudæis & caliculis.

Viduos quosdam festiuitatis suæ solemnia ad poenam quondam recordationem incendere, et sanctæ crucis adsimulatam speciem in con- temptum Christianæ fidei sacrilega mente ex- cutere, prouinciarum rectores prohibeât: neue locis suis fidei nostræ signum immisceant, sed ritus suos citra contemptum Christianæ legis retineant, amissuri sine dubio permissa haec- us, nisi ab illicitis temperauerint.

Notabilis hæc lex est, per quam posteris manife- statum est, quomodo perditæ Iudæi in suis festiuitati- bus flamma mandare imaginem Christi crucifixi, et legis redemptionis nostræ illudere fuerint, soliti. Quemadmodum etiam nostro seculo Christianorum infantes in crucem egisse, et inlicitis puncturis san- guinem eliciisse in contumeliã Christi seruatoris no- tari, deprehensi sunt: ita superiori anno M. D. LXVIII. Constantinopoli (vt à quibusdam scriptum est) a sce- leratissimis illis Iudæis, puerum Christianum fortim interceptum, cruci affixum, et in ludibrium religio- nis pro victima quadam oblatum esse: cui facinori- sum nimum essent intenti, de improviso incendium ex eo prorupisse loco, atq. plurimas domos, officinas et tegasteria ingenti damno consumpsisse: in ruinis ta- men incendiũ, vbi primus ignis exortus est, pueri ante

li 5 conflagra-

Iudæorũ con- tumelia in Christi cru- cem.

De Iudæorũ facinore Chri- stianum pue- rũ edito Con- stantinopoli.

Exemplũ di- unæ vindi- ctæ.

conflagrationem martyrio affectu corpus crucis  
xum integrum, non sine miraculo, repertum fuisse.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. SED.  
uo iure, C. de episcop. & cleric. &c.

Celebrationē  
Litaniarum  
etiā antiqui-  
tus cum cruce  
peractū fuisse,

**L**Aicis facere Litanias interdiximus sine  
ricis, quæ sine orationibus, & cruce  
debent.

Hic adnota litanias, id est, ut hodie appellatur  
licas processiones, quas Haloander ex Græcis  
publicas supplicationes vocat, & hodie apud  
cos in vsu sunt, rem non esse recens in Ecclesiasticis  
Etiam, ut heretici sentire volunt: ipsæ adhiberi  
fuisse crucis signum.

LEO IMP. IN L. DECERNIMUS  
C. de episc. & cleric. &c.

Sanctam cru-  
cem in locis  
publicis & p-  
fanis non col-  
locandam.

**N**eq; monachi, neq; quicumq; alij cultus  
que status atque fortuna in ædes publicas  
vel in quæcumq; loca populi voluptatibus  
bricata, venerabilem Crucem, & sanctam  
martyrum reliquias illicitè inferre conentur.

IVSTINIAN. IN AVTH. DE S.  
Et ill. Episcop. &c. §. omnibus autem laicis.

Crucis ima-  
ginem in ve-  
nerabilib; lo-  
cis reponi de-  
bere,

**S**ed & ipsas honorandas cruces, cum quibus  
in litanijs ingrediuntur, non alibi nisi in  
nerabilibus locis reponi: & si quando oportu-  
cauerit ad litanias celebrandas, tunc solemniter  
sas sanctas cruces accipere eos, qui confiteantur  
portare solent, & cum Episcopo & clericis  
nias celebrare: hoc custodientibus sanctis  
mis locorum Episcopis, aut etiam eorum  
ricis, & per loca iudicibus.

DEM IVST. IN NOVELL. CONST. 115.

§. non liceat laicis. Apud Julian. Patr.

Sanctas cruces, quas in litanijis portant, in sanctis locis reponi iubemus, & ex his profertur, si litania tempus vocauerit.

Sanctas cruces in locis sanctis reponendas.

SIGNUM S. CRUCIS IN CONSECRATIONE

Templorum ad esse debere.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE monach. §. illud igitur.

Illud igitur ante alia dicendum est, ut omni tempore, & in omni terra, si quis edificare venerabile monasterium voluerit: non prius licentiam esse hoc agendi, quam Deo amabilem locorum Episcopum aduocet: at ille manus extendat ad caelum, & per orationem locum consecret Deo, figens in eo salutis nostrae signum DICIMVS AVTEM ADORANDAM ET HONORANDAM VERE CRUCEM) sicque inchoet aedificium, bonum utique quodam hoc & decens fundamentum ponens.

In aedificatione Monasteriorum crucem prius in area figenda &c. Crux adoranda & honoranda.

IDEM IMP. IN AVTH. VT NULL. FABRIC. orato. dom. &c. §. primo. coll. 7.

Sanctimus pra omnibus quidem illud fieri, & nulli licentiam esse neque monasterium, neque Ecclesiam, neque orationis domum incipere aedificare antequam ciuitatis Deo amabilis Episcopus orationem in loco faciat, & crucem figat, publicum processum ibi faciens, & caelum manifestam omnibus statuens.

Idem quod supra obseruandum etiam in caeterorum templorum aedificatione.

IDEM

Oratio cum  
sancta cruce.

IDEM IN AVTH. DE ECOLESIA  
tit. & priuil. §. si quis autem, coll. 9.

**S**I quis voluerit fabricare venerabile oratorium, aut monasterium, precipimus non ter inchoandam fabricam, nisi locorum sanctissimus Episcopus orationem ibi secretim venerabilem fixerit crucem.

IDEM IN NOVELLA CONST. 4. APUD IULIAN. PATRICIUM &c. in princ.

Eodem crucis  
obseruatio.

**Q**ui vult ædificare Monasterium, prius Episcopum vocet, & illum exoratum, etiam crucem imponat, & postea imperat ædificium.

IDEM IVST. IN NOVELL. CONST. 119.  
De his qui eccles. vel orato. ædif. vel in princ. apud eundem Iulian.

**N**ullus audeat ædificare Ecclesiam vel oratorium antequam ciuitatis Episcopus veniat, & ibi vota faciens sanctissimam crucem infixerit in eodem loco, publice procedentem omnibus manifestam faciens.

IDEM CONST. 119. APUD IULIAN. §. nemo oratorium.

**N**emo oratorium ædificare audeat, antequam Episcopus exorauerit, & venerabilem Crucem in eodem loco defixerit.

## DE INVENTIONE ET AVTORITATE S. CRUCIS.

IUSTINIAN. IMPP. IN AVTH. DE NOBILITATE  
deratore Heleneponti. §. namq; ab omnib; coll. 11.  
Heleneponti.

**H**elena Constantini Magni mater, pientis-  
sima mulier, nobis sacrum Christianorum  
signum inuenit.

Tanta erat ueneratio atque auctoritas imaginis  
Crocifixi apud ueteres Christianos, ut in consicien-  
tia uicinis uoluntatibus, haeres signum sanctae crucis  
testamento praefigere solebat, ut est tex. in l. fin. §. sub-  
scriptorem. C. de iur. deliberand. Id etiam a testatore  
testamentum esse affirmat Accursius in glo. sup. ver.  
venerabile in praefat. Auth. de testibus. Vbi Iustinia-  
nus casum recenset, in quo expressis uerbis testamen-  
ti signum uenerabile crucis inscriptum fuisse testa-  
tor. adeo ut facile sit inde eliciendum, eius signi ad-  
scriptorem tum temporis quasi de substantia eorum  
habeat, quae per iuris solemnitate in testamento requi-  
runtur.

Cruz Christi  
sublequenti  
tempore a quo  
fuit reperta.

Signum Cru-  
cis in ultimis  
uoluntatibus  
praefigi solitum  
antiquius.

## DE FESTORUM DIERVM OBSERVATIONE.

De celebrandis Pascha, Natiuitatis, Epiphania Domini,  
sanctorum Apostolorum festis praecipua dantur, quid-  
am in iis agendum vel omittendum, & quae poena vio-  
latores expectet, serio praescribitur atque monetur.

VALENTINIAN. THEODOS. ET AR-  
cad. A. A. A. in l. Nemo deinceps. C. de  
episcop. audient. &c.

**N**emo deinceps tardiores fortassis affatus  
nostrae perennitatis expectet, exequantur  
iudices quod indulgere consueuimus. Vbi pri-  
mus dies paschalis extiterit, nullum teneat car-  
ceris inclusum, omnium vincula dissoluantur.

Sed

Festo Paschae  
in carceratos  
relaxari de-  
bere.